

DEFINI

TIO EIVS QVOD HODIE A PLE

risque in quaestionem uocatur, utrum oporteat Eccle-
siasticos pauperes esse quemadmodum Apostoli erant
tempore nascentis Ecclesiae. Et quantum intersit Eccle-

siae aut opibus exutam esse aut donatam, per

Gerardum Moringum sacrae Theolo-

giae Licentiatum Louanij, tempore

Quodlibetorum quae uo-

cantur. Anno. 1527.

Oratio eiusdem, habita tempore quadragesimae in cō-
mendationem temperantiae et detestationem intempe-
rantiae, adiectis nonnullis quae ad delectum ciborum per-
tinent, praesertim quid esus piscium magis ad uirtutem
conducat, q̄ carniū. Anno. 1526.

Antuerpiae Michael Hillenius Hoochstra-

tanus exaudebat. Anno. M. D. XXX.

Mense Ianuario.

REVEREN

DO IN CHRISTO PATRIAC DO
mino in primis uenerabili Domino Petro Vuassio
monasterij diuæ Gertrudis Louaniensis Abbati, eius
demq; florentissimæ academice conseruatori uigilantissi
simo Gerardus Moringus. Salutem dat.



Liquamdiu uolenti mihi pa
ter reuerende curam potissi
mum dedicarem orationem
Quotlibeticam, ut hic uoca
mus, quam annis ab hinc serè
duobus impulsoribus amicis
et præceptoribus publicè ha
bui, haud alius quisq; occurrit opportuniorq; paternitas
tua, tum quod crederem ita demum qualiacunq; pigno
re gratitudinem ostendere posse pro beneficijs multi
pliabus, quibus me hætenus prosecutus es, et adhuc
quotidie benigne prosequeris, tum quod argumentum
ipsam ad paternitatem tuam etiam utamq; pertineret,
maxime qua parte de legitimo usu diuitiarum et contra
de abusu mentio agitur. Quanq; admonere prudentiam
tuam de his nihil prorsus opus est, facile quippe eã no
tam amolitur (sacssat adulatio) uita tue sinceritas, mo
rum integritas, domestica frugalitas, in Deum pietas
et religio, cæteræq; eximie doctes, à quibus potissimè Ab
bas idoneus metiendus est. Eos magis est opus, quibus præ

A 2 macaya

DEFINITIONE

TIO EIUS QUOD HODIE A PLE

isq; in questione uocatur Ecclesiasticos ne pauperes esse oportet, quemadmodum erant discipuli sub exordio nascentis Ecclesie.



Pericles ille Atheniensis orator excellentissimus, habiturus condones ad populum, optare solebat auctore Quintiliano, ne quod omnino uerbum, quomodo populus offenderetur in mentem sibi ueniret, non ignarus salicet, quod impeditum, quod non factu pronum foret, ita temperare orationem quae ad multitudinem haberetur, quin uel aliqui ex ea offenderentur, prout aut odio essent in ea de quibus uerba fierent aut fauore affecti. Quod profecto longe iustius dicturo mihi in praesentia optandum existimarem, in hac nimirum temporum iniquitate, quae cum omnia tumultu aestuant, tum uix quicquam adeo considerate dici potest, ut non ulla ex parte in calumniam rapiatur, uix adeo modeste tractari, ut non protinus multorum morsibus sit expositum, ut haud alias opportunus locum habuisse uideatur illa Ecclesiastica admonitio. Ori tuo fac ostium et uectem, et uerbis tuis iugum et stateram. At uero quandoquidem cum rudi proque affectuum arbitrio mobili multitudinem negotium non erit, sed uobiscum auditores optimi, hoc est
cum uiris